# Jacobi de Viterbio o.e.s.a. Quaestiones de Divinis Praedicamentis: Quaestio XIX

La question XIX est conçue en ces termes: Utrum situs vel positio dicatur de Deo proprie et realiter. Pour en rétablir le texte nous nous sommes servis principalement des manuscrits de Bordeaux (B) (Bibliothèque de la Ville *ms*. 167 ff. 59$^{vo}$-62a), de Naples (N) (Biblioteca Nazionale *ms*. VII C 4 ff. 51b-53$^{vo}$b) et de Toulouse (T) (Bibliothèque de la Ville *ms*. 56 ff. 158a-160$^{vo}$a) [1]).

Dans les manuscrits divers le texte présente quelques différences. Les mêmes arguments, au total vingt-quatre, introduisant l'exposé, figurent dans les cinq manuscrits ayant conservé la question. Cependant à ces arguments correspondent autant de réfutations en B et en N, tandis que les manuscrits de Toulouse (T), de Padoue (P) (Bibliothèque de l'Université *ms*. 2006 ff. 31$^{vo}$a-32$^{vo}$a) et de Rome (R) (Bibliotheca Angelica *ms*. 213 ff. 77$^{vo}$b-81a) en énumèrent vingt-cinq. Ils partagent en deux la réfutation «Ad decimum septimum».

Ensuite, des notes et des références plus ou moins longues ont été insérées dans le texte de B et de N, après les lignes 194 et 505 ... [2]). Des omissions homoiotéleutiques ou autres et des modifications se trouvent dans tous les manuscrits.

Généralement nous réferons à la Patrologia Latina et Graeca de Migne, en ajoutant éventuellement des renvois au Corpus Christianorum; pour S. Augustin nous renvoyons également au Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum.

Quant à Aristote et Averroès, nous réferons à l'édition de leurs œuvres, parue à Venise en 1562-1574, publiée de nouveau en 1963 [3]). Nous y renvoyons aussi pour le «Liber Sex Principiorum».

[1]) Voir: Jacobi de Viterbio o.e.s.a. Quaestiones de Divinis Praedicamentis. Quaestio XVIII. *Augustiniana* 38 (1988), 68-69.

[2]) Après les lignes 194 et 505.

[3]) Aristotelis omnia quae extant opera, selectis translationibus ... illustrata ... Averrois Cordubensis in ea opera omnes ... Commentarii. ed. Venetiis 1562/74; re-ed. Frankfurt 1963. Vol. I, IV etc. Suppl. II = Vol. VI pars I.

En ce qui concerne Simplicius, Jean Damascène, Anselmus, et le «Liber de Causis» nous utilisons l'édition critique de leurs ouvrages[4]).

Eelcko Ypma, O.S.A.

## *DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XIX*

Quaestio est: utrum situs vel positio dicatur de Deo proprie et realiter. Et arguebatur quod sic, scilicet proprie.

(1) In quo sunt perfectiones omnium generum proprie, in illo est situs, cum situs sit unum de decem generibus entium. Sed in Deo sunt perfectiones omnium generum secundum Commentatorem, II Metaphysicae. Ergo, et cetera.

(2) Praeterea, de eo proprie dicitur situs de quo proprie dicitur ubi, cum utrumque dicat comparationem ad locum; sed de Deo dicitur proprie ubi, quia Boetius, de Trinitate, solum removet situm et passionem de Deo. Alia autem ostendit dici de Deo; sed non dicuntur de Deo translative, quia sic etiam situs diceretur translative, nec oporteret ipsum removeri a Deo. Ergo, et cetera.

(3) Praeterea, ubi est ordo naturae proprie, ibi est situs proprie. Quod patet, quia, sicut dicitur in Sex Principiis, positio est naturalis ipsius substantiae ordinatio, qualis quidem a principio innata est. Substantia autem et natura idem sunt. Sed in Deo est proprie ordo naturae; quare et situs.

(4) Praeterea, ubi invenitur aliquid proxime assistens substantiae, ibi

---

[4]) Simplicius. Commentaire sur les Catégories d'Aristote. Traduction de Guillaume de Moerbeke. Édition critique par A. Pattin O.M.I. ed. Louvain-Paris 1971; Leiden 1975, 2 vol.

---

2 arguebatur / arguitur *NT*; *corr.* B1; *om.* B scilicet proprie *om.* BN 3 perfectiones *add.* scilicet B in illo *add.* proprie BN 4 (cum) situs *om.* BN 7 eo / Deo B 9 cum utrumque ......... proprie ubi *om.* TP Trinitate / ubi BN removet *add.* ab eo BN; *add.* a Deo R situm *lect. inc.* T 10 de / scilicet a BN dicuntur / dicitur TP 11 oporteret / oportet BN 12 ipsum *corr.* B1; *om.* B 14 naturalis *add.* sub BN 16 quare / igitur T 18 proxime / maxime B assistens *mss frequenter* asistens

---

5. In II Metaphysicae. Vol. VIII 30 AB text. com. 4
9. PL 64, 1253 C
14. Liber Sex Principiorum. Vol. I pars I 66 D

proprie invenitur positio. Quod patet, per illud quod dicitur in Sex Principiis, quod maxime proprium est positionis proxime assistere substantiae, et ita est proprium eius quod convertitur cum eo, ut ibi dicitur. Omne enim quod proxime assistit substantiae est positio et econverso omnis positio proxime assistit substantiae. Sed in Deo invenitur aliquid proxime assistens substantiae. Est enim ibi relatio quae est assistens substantiae et affixa, secundum Boetium, et proxime assistens substantiae, quia immediate fundatur in substantia divina, non aliquo mediante; ergo, et cetera. Minor patet, quia Deus dicitur esse supra alia ordine perfectionis. Maior declaratur. Situs in quantitate fundatur et eam consequitur; sed quantitas dicitur proprie non solum de quantitate dimensiva, sed etiam virtuali, licet analogice. Analogia autem proprietatem non tollit; quare similiter situs dicetur proprie, non solum de ordine secundum locum, sed etiam de ordine secundum perfectionem, licet analogice. Ubi autem est quantitas virtutis, ibi est ordo perfectionis. Hic autem est in Deo; quare, et cetera.

(5) Praeterea, de illo dicitur positio proprie de quo dicitur aliquis modus positionis propriae, sicut de aliquo dicitur proprie albedo, de illo dicitur proprie color. Sed de Deo dicitur proprie aliquis modus positionis; ergo, et cetera. Probatio Minoris. Secundum Philosophum, V Metaphysicae, positio est ordo habentis partes, aut secundum locum aut secundum potentiam aut secundum speciem. Licet autem in Deo non sit ordo partium secundum locum, est tamen in eo ordo partium secundum potentiam, quia partes universi praeexistunt in eius potentia

---

19 dicitur / habetur BN 20 proprium *corr.* B1; *om.* B proxime *om.* B 21 eo / ea BN ibi / ubi TP 22 proxime / maxime B 23 omnis / omnino N positio *om.* N; proprie R est positio ......... assistit substantiae *om.* B 24 (assistens) substantiae *om.* BN 26 fundatur *post* divine BN non aliquo / ut T 27 esse *post* alia BN, *et add.* in B supra *add.* omnia BM; *add.* omnia BN 28 et / in T 29 consequitur / consequi N dicitur *om.* T 30 analogice *mss.* anologice (*ac ita deinceps*) proprietatem *post* tollit BN 31 similiter / simpliciter BN dicetur / dicitur BN proprie *add.* de Deo N 34 hic autem est in Deo *om.* BN quare / ergo BN; *om.* T 36 aliquo / quo BN (de Deo) dicitur *om.* B tamen *om.* T Ergo *om.* T convenit *ante* proprie BN Dionysius in libro / secundum Dionysium BN agit / ait BN

---

19. Liber Sex Principiorum. Vol. I pars I 66 D
25. De Trinitate PL 64. 1253 C; cfr. Quaestio XII 77 sqq.
38. Vol. VIII 133 A; Bekker 1022b

secundum illum ordinem secundum quem sunt in se ipsis. Ergo, et cetera.

(6) Praeterea, cui proprie statio convenit, ei proprie convenit positio, cum sit species positionis. Sed Deo proprie convenit statio. Dionysius in libro De Divinis Nominibus, ubi agit de nominibus proprie dictis de Deo, attribuit Deo stationem et exponit quomodo dicitur de ipso, et cetera.

7) Praeterea, si situs vel positio non dicuntur de Deo proprie, hoc est quia important imperfectionem. Sed hoc non obstat, ut videtur. Quod sic patet, quia situs non importat imperfectionem, nisi ratione fundamenti; quod est partialitas eius, quia positio dicitur et distensio. Sed aliqua sunt, quorum fundamentum imperfectionem dicit, et tamen ipsa dicuntur de Deo, ut similitudo et aequalitas proprie dicuntur de Deo, non tamen fundamentum ipsorum, scilicet quantitas et qualitas; non dicuntur de Deo proprie, cum ipsa imperfectionem dicant. Quare similiter dicetur de positione.

(8) Praeterea, illud dicitur de Deo proprie quod non ponit imperfectionem in ipso dictum de ipso, vel quod potest dici de ipso sine imperfectione, sicut dicitur: «Domine refugium factus es nobis». Factio dicitur de ipso proprie; sed situs est huiusmodi. Ergo, et cetera. Probatio Minoris. Illud quod praedicatur de aliquo non denominatur praedicatione, sed est per inhaerentiam. Sed extrinseca non ponit imperfectionem in illo quantumcumque dicat imperfectionem, ut patet de motu, qui dicitur de movente et moto; sed de moto dicitur per inhaerentiam, de movente autem praedicatione extrinseca. Motus enim, ut dicitur de movente, dicitur actio; ut dicitur de moto, dicitur passio; non autem importat imperfectionem in movente, sed in moto. Sed situs praedicatur

---

50 vel / et BN 51 imperfectionem *add.* sed non important imperfectionem nisi ratione fundamenti BN quod / quia TP 52 quia / quod TP situs / sicut BN importat / important B 53 eius *om.* BN quia / quare BN positio / poni T; ponitur BN 55 ipsa *add.* proprie BN 56 ipsorum / eorum BN 57 non dicuntur de Deo proprie *om.* BN ipsa *om.* BN 58 similiter / simpliciter BN 59 ponit *corr.* B1; *om.* B 60 dictum de ipso *corr.* B1; *om.* B sine / sit BN 61 sicut / sic T refugium *add.* tu BN es / est T 63 denominatur *om.* BN 64 sed / quae BN 65 de / in BN 66 movente *add. et cancell.* sed T 67 movente / motore T 68 dicitur *lect. inc.* T 69 importat / ponit BN

---

46. De Divinis Nominibus cap. 9. PG 3. 915 BC
61. Ps. 89,1; cfr. 9,10

de Deo, immo et de omnibus de quibus dicitur praedicatione extrinseca. Ergo non ponit imperfectionem in Deo, et cetera.

(9) Praeterea, diversus modus essendi aliquid non tollit aut impedit proprietatem perfectionis, sicut patet. Nam genus aliter est in specie quam species in genere, cum genus se habeat ut continens, species ut contentum; et tamen proprie dicitur genus esse in specie et econverso; quare similiter, licet esse in loco diversimode conveniat corpori et spiritui, et Deo et creaturae, tamen utrumque dicuntur in loco proprie, licet analogice. Et sic, licet Deo non conveniat positio sicut corpori, tamen proprie dicitur de ipso.

(10) Praeterea, si non dicitur proprie positio de Deo, aut hoc est ratione fundamenti aut ratione habitudinis. Non ratione fundamenti, quia fundamentum dicit imperfectionem, quia actio dicitur proprie de Deo; cuius tamen fundamentum, quod etiam motus est, dicit imperfectionem. Nec ratione habitudinis, quia habitudo non distinguitur ab habitudine nisi ratione fundamenti. Habitudo autem, secundum quod habitudo, non repugnat divinae perfectioni, cum relatio dicatur proprie de Deo. Proprie ergo positio dicitur de Deo.

(11) Praeterea, cui convenit proprie genus, convenit et proprie species; et si non actu, tamen aptitudine, cum genus contineat species potentia. Sed Deo convenit proprie illud quod est genus positionis, scilicet ubi; ergo et positio. Minor probatur. Quod enim sit ubi genus positionis videtur, quia situs dicit quemdam modum essendi in loco, scilicet situaliter. Quod autem ubi conveniat Deo patet, quia Deus proprie dicitur esse ubique.

(12) Praeterea, in Deo est passio de qua numerus videtur; ergo et situs.

---

70 immo *om.* BN 71 et cetera *om.* BN 72 aliquid / alicuius P; in BN 73 perfectionis *om.* BN aliter *lacuna* T est *om.* B 74 quam / et aliter BN: aliter *corr.* B1; *om.* B species *add.* autem N 75 et *om.* BN 76 quare / quia BN licet *corr.* B1; *om.* B 77 dicuntur in loco / est in situ BN 78 licet / sed forte BN positio *add.* proprie BN 79 de ipso / de eo *ante* proprie B; de Deo *ante* proprie N 80 dicitur / diceretur BN positio de Deo *ante* non BN aut hoc / hoc autem N; hoc *om.* T 81 est *corr.* B1; esset N fundamenti aut ratione *om.* T fundamenti *lect. inc.* TP; *add.* ut NR 83 fundamentum *lect. inc.* TP quod / tamen quod T; *add.* etiam BN est *om.* BN non ratione fundamenti ........ Nec ratione habitudinis *om.* B proprie *post* dicitur BN convenit et proprie / et BN contineat / continet BN est *om.* B situs / sicut BN essendi *add.* dicit B 93 scilicet situaliter / actualiter BN ubi / non BN 95 qua / quo BN et situs / et cetera BN

Probatio quod sit in eo passio, quia est in eo potentia passiva. Illud enim ex quo aliquid producitur videtur esse potentia passiva. Filius autem producitur ex divina natura; ergo habet rationem potentiae passivae. Ergo, et cetera.

(13) Praeterea, translative aliqua dicuntur de Deo ratione alicuius perfectionis quae non est perfectio absolute, ut agnus ratione mansuetudinis. Sed in situ nulla est perfectio absolute, nec ratione fundamenti quia dicit imperfectionem, nec ratione respectus quia dicit terminationem, et sic imperfectionem. Igitur situs non dicitur translative de Deo; quare proprie dicitur, et cetera.

(14) Praeterea, quando aliqua sunt convenientia, si unum dicitur proprie de aliquo, et aliud. Sed illa sex praedicamenta sunt ad invicem convenientia, tum quia omnino sunt adventitia, tum quia omnia conveniunt rei ut habent ordinem ad motum, ut quidam dicunt. Ergo, si unum dicitur proprie de Deo, et alia; sed actio dicitur proprie de Deo, ergo et alia.

(15) Praeterea, illud quod nihil dicit in re de qua dicitur, non repugnat divinae perfectioni quin proprie possit dici de Deo. Sed positio nihil dicit in re de qua dicitur, scilicet in re posita; ergo, et cetera. Probatio Minoris. Positio enim non dicit in re posita aliquid absolutum, quia nec substantiam nec qualitatem nec quantitatem nec respectum; quia tunc diceret relationem quae est respectus; quod non est verum. Discurrendo enim per omnes modos relatorum, nullum eorum dicit positio.

(16) Praeterea, illa habitudo cuius ratio sumitur ab extra non repugnat divinae perfectioni, ut patet de relatione dominii. Dicitur enim Deus Dominus, quia habet servum. Sed ratio positionis ab extra sumitur;

---

97 ex / de BN producitur / producetur N Illud enim ... potentia passiva *om.* P Filius / situs N 98 producitur ex *add.* potentia passiva T 99 ergo *om.* T; quare P 101 (quae) non *om.* BN 102 fundamenti *lect. inc.* TP; *add.* dicit perfectionem BN 103 quia *add.* haec BN 104 imperfectionem / perfectionem TP 104 situs / sicut N de *om.* N 105 proprie dicitur *add.* Deo T 107 ad invicem *om.* BN 109 rei / ei BN 113 (quin) proprie / propositio N positio / sicut BN 114 dicitur *lect. inc.* T; praedicatur P scilicet / sed N non *om.* BN 115 dicit / dicitur TP quia / quod BN nec qualitatem *post* respectum B 116 quantitatem nec *add.* dicit T tunc *om.* TR 118 omnes / singulos BN positio / positionem TP 121 habet *add.* suum B sed /ergo BN ratio positionis *add.* non repugnat divinae perfectioni quia BN

quod patet, quia sex principia dicuntur extrinsecus adventitia. Ergo, et cetera.

(17) Praeterea, cui proprie convenit esse in loco, ei proprie convenit situs. Sed Deo proprie convenit esse in loco. Quod patet. Substantiae spirituali creatae proprie convenit esse in loco determinato; ergo similiter convenit Deo esse in loco, non tamen determinato sed in infinito, si esset. Ergo, et cetera.

(18) Praeterea, cui convenit proprie locus, ei convenit proprie positio. Sed Deo proprie convenit locus, quia ei conveniunt conditiones loci principales et formales, scilicet continere, terminare et huiusmodi. Ergo, et cetera.

(19) Praeterea, cuicumque convenit ubi, convenit situs. Sed Deo convenit proprie ubi; ergo, et cetera. Maior declaratur; quia ubi convenit habitus, et situs, cum ubi non sit nisi habitus conversus, ut dicit Commentator, in V Metaphysicae. Cui autem convenit habitus, convenit situs, quia situs etiam est habitus conversus, ut dicit Simplicius. Minor patet, et cetera.

(20) Praeterea, illa quae dicunt imperfectionem solum ratione subiecti proprie possunt dici de Deo, ut sapientia et huiusmodi. Sed habitus dicit imperfectionem solum ratione subiecti, scilicet partium in quibus ordo consideratur; ipse ordo autem imperfectionem non dicit. Ergo, et cetera.

(21) Praeterea, magis videtur imperfectionem importare relatio quam habitus; quare, cum relatio sit in Deo, et situs erit in ipso. Maior probatur dupliciter, quia relatio dicit distinctionem, quae est oppositio quaedam, situs autem dicit unionem; distinctio autem imperfectior unione.

---

124 ei *om.* B 125 situs / positio BN 126 creatae *om.* BN 127 Quod patet ... Deo esse in loco *om.* T 128 Ergo *om.* T; quare P 129 convenit *corr.* B1; *om.* B proprie *om.* BN ei convenit *om.* BN proprie *add.* et BN continuere *add.* et BN 133 (ubi) convenit / et N (convenit) proprie *om.* BN 134 (quia) ubi / cui N 135 Sed Deo... et situs *om.* B 136 (Commentator) in *om.* BN (habitus) convenit / et BN 140 habitus / situs BN 142 ipse *corr.* N1; *om.* N 144 imperfectionem *post* relatio BN 145 habitus / situs BN 146 quae / quia T 148 unione / est quam unio BN

---

136. In V Metaphys. Vol. VIII 135$^{vo}$ J. text. com. 28
137. ed. Pattin II 491, 492

Item, relatio minimum habet de entitate inter cetera praedicamenta; ergo et de perfectione.

(22) Praeterea, illud quod convenit alicui proprie secundum rationem sui formalis proprie dicitur de ipso simpliciter, absolute et proprie. Sed situs convenit Deo proprie ratione sui formalis, quia est ordo, licet non ratione materialis, quia est partes. Ergo, et cetera.

(23) Praeterea, quando aliquid convenit alicui ratione eius a quo nomen imponitur, illud dicitur de ipso proprie, ut lux, quia a manifestatione imponitur proprie in spiritualibus. Sed situs convenit Deo proprie ratione eius a quo nomen imponitur; imponitur enim ab immobilitate quae proprie Deo convenit. Ergo, et cetera.

In contrarium arguebatur, quia positio est ordo partium in loco. Sed Deo non convenit habere partes, cum sit impartibilis, neque sibi convenit esse in loco, cum a nullo contineatur sed omnia contineat. Ergo, et cetera.

Ad huius quaestionis dissolutionem hoc ordine procedendum est:

I Primo enim videndum est, quid est positio, et quot modis accipitur.

II Secundo considerandum est, an positio faciat distinctum praedicamentum, et quomodo.

III Tertio videndum est, propter quid requiratur positio in rebus quae positionem habere dicuntur.

IV Quarto ex his considerandum erit, an positio dicatur proprie de Deo vel non.

V Quinto et ultimo videndum, an dicatur de ipso realiter.

I Quantum ergo ad primum sciendum quod Philosophus in V Metaphysicae describit positionem et assignat modos eius, dicens quod positio vel «dispositio dicitur ordo habentis partes aut secundum locum

---

152 proprie *om.* BN 153 Deo *om.* BN ratione *om.* B quia est / quam BN 154 quia / quod BN 154 partes / partialitas BN 156 ipso / Deo BN quia / quod BN 161 arguebatur / arguitur N positio / situs BN 162 partes *om.* T 163 convenit *om.* T contineat / continet BN 168 (considerandum) est *om.* TP 172 (considerandum) erit *om.* BN positio / poni B 173 de Deo vel / aut B; an N 175 et ultimo *om.* BN An *add.* res N realiter *ante* dicatur B; *om.* N 176 in *om.* BN

---

176. Vol. VIII 133 A; Bekker 1022b

aut secundum potentiam aut secundum speciem». Cum enim dicit quod dispositio est ordo habentis partes, ponit descriptionem; non est enim proprie definitio; et haec descriptio analoga est sicut et nomen. Cum vero subdit: «aut secundum locum» et cetera, tangit diversos modos positionis et, ut quidam exponunt, per hoc innuit tres modos, quia dispositio est uno modo ordo partium in loco, et quantum ad hoc dicit «secundum locum».

Alio modo est ordo partium secundum potentiam vel virtutem, et hoc modo, ut dicunt, pertinet ad primam speciem qualitatis.

Tertio modo est ordo partium in toto; et hoc tangit cum dicit «aut secundum speciem», scilicet totius.

Sed ista expositio est dubia, quia dispositio, quae est in prima specie qualitatis, non dicit ordinem sed aliquid aliud, nec attenditur secundum partes, quia ibi nulla est partialitas, est huius dispositio in anima, nec est potentia, quia potentia magis pertinet ad secundum speciem qualitatis.

Et ideo aliter dicendum est, quod hic solum intendit assignare duos modos principales positionis, licet unum illorum subdividat.

Cum enim positio sit ordo partium, vel huiusmodi ordo accipiatur per comparationem ad locum; et iste est unus modus qui facit praedicamentum speciale ut iam dicebatur; vel accipitur ordo partium ad invicem in toto; et iste est alius modus, qui est differentia qualitatis, secundum quod quaedam quantitates dicuntur habere positionem, quaedam non. Sed ille modus subdividitur, quia partes alicuius totius sunt distinctae, non actu sed potentia solum, vel intellectu, ut partes

---

180 dispositio / positio BN ponit *add.* enim B; *add.* eius N (est) enim *om.* T 181 definitio *mss.* diffinitio 183 et *om.* T ut quidam ... tres modos *om.* BN 184 dispositio / positio BN 187 ut / non T 188 hoc *add.* modo BN 190 ista / haec BN est / videtur esse BN; *om.* T 191 sed / vel BN 192 in / ut N 193 nec / ut BN est *add.* in BN quia *add.* in B 194 speciem qualitatis *add.* Aliter exponit Simplicius primam speciem qualitatis circa finem illius speciei. Require ibi BN 195 dicendum est *add.* et dicendum B; *add.* et ad hoc N quod / quia T 196 licet / sed T 198 iste / sic N 199 dicebatur / dicetur N 200 iste / sic T differentia *lect. inc.* T; vel accipitur... differentia quantitatis *om.* BN 201 quaedam / quidem BN 203 non / in T ut / et B; vel T; *add.* quod BN

---

182. Vol. VIII 133 A; Bekker 1022b
188. Vol. VIII 133 A; Bekker 1022b
194. ed. Pattin 401-405

totius, quod est similium partium. Alicuius autem totius partes distinctae sunt secundum speciem, idest formam, ut in his quae componuntur ex partibus dissimilibus secundum formam, ut animata quae constant ex carne, osse, manu, pede et huiusmodi; differunt autem et secundum figuram et secundum virtutem et formam accidentalem, secundum substantiam autem non. Ideo dicit «aut secundum potentiam aut secundum speciem».

Commentator autem in V ibi sic dicit: «Situs invenitur in omni habente partes, aut per ordinem partium in loco, et ille est situs qui est praedicamentum, aut per ordinem partium rei ad invicem, et ille est situs qui est una differentiarum quanti secundum quod dictum est in praedicamentis, quod quantum aliud habet positionem» sive situm, «aliud non habet positionem, et quod partes rei distinguuntur ab invicem aut secundum formam et hoc est in rebus compositis ex partibus <diversis> compositis secundum formam aut in magnitudine, sicut in magnitudine partium lineae et corporis et universaliter corporum consimilium partium, et istae partes non sunt distinctae in hac dispositione» vel positione «nisi potentia, actu non. Et ideo dicit aut secundum potentiam aut secundum formam, et quasi intendebat quod situs dicitur in habente partes secundum ordinem partium aut in loco aut ad invicem; et hoc est quando distinguuntur partes aut secundum potentiam aut secundum formam».

Si quis autem quaerat quomodo positio dicitur de suis modis,

---

204 autem / aut T 205 (formam) ut / non T 206 ut in his ... secundum formam *om.* BN animata / animam T 207 (carne) et *om.* BN manu *add.* et B huiusmodi / cetera B autem et / enim BN 208 (secundum) figuram / formam BN accidentalem / accidentale B 211 ibi / ut supra N 212 per / propter BN 213 (aut) per / propter N 214 quanti / quantitatis BN 215 (quantum) aliud / alia B; *om.* T 216 (situm) aliud / alia B quod / quia BNP; *add.* per T distinguuntur / different B 217 invicem / intellectu BN aut / et hoc est BN 218 et hoc est in ... secundum formam *corr.* B1; *om.* BTPR magnitudine *mss* ymaginatione 219 partium *om.* BN: *post* corporis TP; et corporis *om.* P consimilium / similium BN 220 istae partes / illae BN (non) sunt *om.* N dispositione vel positione / positione vel dispositione B 221 nisi *add.* in BN potentia *add.* in BN aut *om.* N 223 aut secundum formam *om.* BN habente / habentes BN (loco) aut *add.* in toto N 224 aut secundum potentiam / in potentia BN 226 dicitur / dicatur BN aut secundum formam ... suis modis *corr.* B1; *om.* B

---

209. Vol. VIII 133 A; Bekker 1022b
211. Vol. VIII 133 BC. text. com. 24

dicendum quod non univoce nec pure aequivoce, sed analogice situs designans aliorum nominum quae distinguuntur in V, ut dicit Commentator.

Sed de quo modo dicitur per prius, dicendum quod per prius de ordine partium ad invicem in toto, quia ordo partium in loco praesupponit ordinem earum ad invicem; et ideo dicuntur poni in loco, quia ponuntur in toto ad invicem. Sicut enim partes loci copulantur ad eundem terminum ad quem partes corporis, sic ordo in loco ex ordine in toto dicitur determinari. Ex alia tamen ratione videtur quod prius dicatur de ordine partium in loco, quia omne quod ponitur in aliquo, ponitur quod est ab illo distinctum. Unde, licet partes sint in toto, quia tamen actu distincte non sunt, ideo, et cetera.

Tamen quia partes ponuntur in loco, ideo etiam dicuntur habere positionem ad invicem.

Potest ergo dici quod, quantum ad nominis impositionem, primo dicitur de positione partium in loco; quantum vero ad rem, prius de ratione partium ad invicem.

Est autem et alius modus quo termini corporum poni dicuntur in his quorum sunt termini, ut punctus in linea; et hic attribuitur illi modo quo positio est ordo partium in toto.

Sed hoc potest sic intelligi: linea enim est in superficie, et ideo partes eius dicuntur habere positionem; punctus et unitas positionem habent in superficie; non quod esse in superficie sit positio, sed ordo partium lineae est positio; sed quia linea et partes eius in alio sunt, ideo dicuntur in alio positionem habere.

Similiter dicendum de superficie respectu corporis. Punctus autem dicitur secundum attributionem, quia est terminus habentium positionem.

---

230 (dicitur) per prius / proprius BN (quod) per *om.* BN 231 partium / earum BN 233 in loco quia ponuntur *om.* B 235 determinari / materia PRT 237 ab illo *om.* BN 239 Tamen quia partes ponuntur / Videtur ergo quod partes habent BN ideo *lect. inc.* T; non BN 241 ergo / tamen T; *in marg. repetit.*: potest ergo ... ad invicem B1 242 vero *om.* BN 247 superficie *add.* non sunt esse superficies B; *cancell.* B1 244 quod *add.* est T (esse) in *om.* BN superficie / superficiei BN 250 (sed) quia *corr.* B1; *om.* B 252 punctus / corpus BN

---

228. Vol. VIII 133^vo GHJ. text. com. 25

Est autem sciendum quod, sicut positio, quae est ordo partium, distinguitur, ita etiam positio, quae est ordo partium in loco, habet plures modos et species. Nam, ut dicit Damascenus in Logica sua, sitorum hoc quidem secundum naturam sita sunt, ut elementa in propriis locis, hoc autem secundum artem, ut statua et columna.

Similiter et aliae divisiones assignari possunt; de quibus nihil ad praesens.

Patet igitur quid est positio secundum Philosophum, et quot modis dicitur, et quomodo.

Simplicius autem aliter accipit descriptionem et modos ipsius positionis. Accipit enim specialiter et determinate positionem illam quae est praedicamentum, et describit eam sic: Positio vel poni est collocari vel terminari alterum in altero. Unde dicit quod «complicatio» vel adaptatio «illocatorum et exhibentium locationem propriissima et prima est ipsius poni descriptio».

Et iuxta hanc descriptionem, sic accipit modos positionis quia aliquid in aliquo dicitur collocari vel terminari, et per consequens poni, vel secundum distensionem vel secundum distantiam vel secundum potentiam vel secundum actionem. Et licet isti videantur quatuor modi, non tamen sunt nisi duo, quia aliquid dicitur collocari in aliquo vel sicut in loco dimensionali, et hoc est collocari secundum distensionem, etiam sicut in causa principali et hoc est collocari in aliquo secundum substantiam vel potentiam vel actionem; aliqua est causa quae largitur effectui haec tria; et hoc est indubitanter Deus principaliter, quamvis aliquo modo convenire possit causae alicui creatae. Unde omnia collo-

---

256 positio quae ... positio quae est *om.* BN loco *add.* sed T 257 (modos) et *om.* BNT Nam / non BN Logica *mss.* Loyca 259 autem / etiam BN columna *mss* columpna 260 (Similiter) et *om.* BN 262 est positio / sit B; sit situs N 263 dicitur *om.* BN 266 poni / positionis BN; est *om.* N (collocari) vel / et T 267 dicit / dicendum B complicatio *lect. inc.* B adaptatio / adoptatio B 268 illocatorum / locatorum BN locationem / locatorum BT propriissima / propriissimam BNT prima / primam P: est *om.* T 269 poni / positionis BN 270 Et / vel T iuxta *lect. inc.* T quia / quod BN 271 aliquo *add.* modo B 275 sicut / secundum B et / vel T 276 aliquo / alio N 277 actionem *add.* si BN 278 (hoc) est *om.* BN quamvis / licet TR 279 convenire *post* alicui B; *om.* N

---

257. cap. 53. PG 94, 612A
264. ed. Pattin II 458; 465
267. ed. Pattin II 458

cantur in Deo, et terminantur secundum substantiam, potentiam et operationem. Ideo signanter dicit Simplicius quod aliqua collocantur in principalibus causis.

Sed tunc est considerandum, quomodo dicatur positio de istis duobus modis. Circa quod Simplicius tangit duplicem opinionem. Una est opinio Iamblici quod positio proprie dicitur de utroque modo, tamen analogice. Et similiter ratio ipsius positionis una est in omnibus quae dicuntur poni, tamen analogice dicta. Unde secundum ipsum propriissime dicuntur omnia poni in Deo.

Alia opinio est, quam ipse Simplicius magis videtur approbare, quod de uno modo dicatur proprie, scilicet de collocatione in loco dimensionali, de alio autem translative et secundum metaphoram, scilicet de collocatione in causa. Unde dicit: «Forte autem non omnem illocationem poni <significat> nisi aliquis secundum metaphoram accipiat, sed eam quae <velut casus> corporum; et ideo, ut dicit, in corporeis secundum se non convenit poni alicui, nisi aliquis secundum metaphoram dicat in intellectu; et ideo poni omnia tamquam contenta in principio et causa.

Haec autem secunda opinio videtur esse rationabilior. Sicut enim secundum metaphoram dicitur quod anima est locus specierum, et quod Deus est locus entium omnium, quia, licet Deo conveniat continere, tamen huiusmodi continere est secundum causalitatem et non localiter, ita et metaphorice dicuntur poni in Deo. Tamen, si etiam vera esset prima opinio, non multum variaretur propositum.

---

280 terminantur / terminans N; *om.* T  281 collocantur / dicantur BN  283 est *om.* T  288 opinio Iamblici / positio Sabilina BN  dicitur / dicatur N  286 Et similiter ... tamen analogice dicta *om.* BN  287 Unde / tamen BN  288 omnia *ante* propriissime BN  290 de / positio BN  291 (dimensionali) de *om.* BN  alio *om.* T  autem / modo BN  et / vel BN  metaphoram *mss* methaphoram (*ac ita deinceps*)  292 scilicet / videlicet BN  Unde *lect. inc.* TP  Unde dicit: Forte autem / Unde forte dicit BN  293 Illocationem *mss.* collocationem  poni / positionem BN  nisi *add.* solum P  aliquis / aliquid T  294 eam / etiam BN  (eam) quae *lect. inc.* N  ut dicit / quod BN  275 alicui / alicubi N  (nisi) aliquis / aliquid B 296 metaphoram *add.* accipiat N  ideo / in eo BN  omnia *om.* T  contenta / contempta TP  297 principio et *add.* in BN  298 autem / enim BN  esse *om.* BN 299 specierum et quod deus est locus *om.* N  300 quia / quod BN  301 tamen / quia BN  223 (continere) est *om.* T  302 (ita)( et *om.* BN  dicuntur *add.* aliqua BN

---

281. ed. Pattin II 460; 462
284. ed. Pattin II 462-465

Sic ergo patet primum principale, scilicet quid est positio, et quot modis dicatur.

II Secundo considerandum an positio faciat distinctum praedicamentum, et quomodo. Circa quod sciendum quod quidam dixerunt quod positio non esset distinctum praedicamentum, quia in paucis invenitur.

Ad hoc autem dicendum, ut Simplicius dicit, quod non in paucis, quia in omnibus corporibus, tam incorruptibilibus quam corruptibilibus, praeterquam de ultima sphaera, quae in loco non est et ideo non dicitur poni.

Sed potest dici quod ultima sphaera in loco est, licet aliter quam alia corpora, ut in quaestione de ubi dictum fuit. Et sicut convenit sibi esse in loco, ita et poni.

Alii vero dixerunt quod non est distinctum praedicamentum, quia est in praedicamento ad aliquid vel relationis, ut patet per Philosophum in Praedicamentis; in principio enim capituli de ad aliquid, positionem enumerat inter ea quae sunt ad aliquid.

Sed hoc non est sufficiens argumentum; ut enim ait Simplicius, positio est ad aliquid, quia ei accidit et supervenit ad aliquid; tamen ipsa positio secundum se habet propriam naturam et rationem praeter ad aliquid. Nam, si poneretur in ad aliquid, nullum exciperetur genus, sed omnia ponerentur in ad aliquid, cum omnibus superveniat et in omnibus inveniatur ad aliquid.

---

304 ergo *om.* T  306 autem *om.* BN  dicendum *add.* quod BN  dicit *om.* BN  310 quia / sed BN  corporibus *om.* N  incorruptibilibus quam corruptibilibus / corruptibilibus quam incorruptibilibus BN; corruptibilibus *om.* T  311 (quam) de / in BN  314 sphaera *mss.* spera (*ac ita deinceps*)  est / invenitur BN  et ideo ... in loco est *om.* T  (in loco) est *om.* N  aliter *om.* T  315 (ita) et *om.* T  316 quod / positionem BN  est / esse BN  317 ut / ista BN  per *corr.* B1; *om.* B  318 principio enim capituli de / primo capitulo BN  ad aliquid *add.* ubi BN  319 inter / in BN  320 enim *om.* BN  321 positio *add.* enim BN  322 ipsa / illa T  exciperetur / excipietur T  329 Nam si poneretur ... acciperetur genus, sed / Unde si proprter hoc in aliquid poneretur cum genere ab ad aliquid accipiatur vel excipiatur ut sic BN  324 ad *om.* BN  cum omnibus ... ad aliquid *om.* BN

---

309. ed. Pattin II 461 sq.
314. Quaestio XVIII l. 410 sqq.; *Augustiniana* 38 (1988) 85
317. Vol. I pars I 36$^{vo}$ LM, 37 AB; Bekker 6a/b
320. ed. Pattin II 464

Quod autem inducitur de auctoritate Philosophi in Praedicamentis, dicendum est quod ubi numerat positionem, nominat sensum et scientiam, quae tamen constant esse qualitates. Unde patet quod haec dicuntur ad aliquid, ut dictum est.

Alii vero dixerunt quod positio non est distinctum praedicamentum, quia non videtur esse aliud ab ubi. Ubi enim significat esse in loco; et hoc idem videtur significare positio.

Si autem aliquid aliud videatur importare positio ad ubi, hoc non est, nisi figura quaedam. Poni enim dicit esse in loco secundum figuram aliquam vel figurari in loco. Unde etiam secundum diversam figurationem in loco accipiuntur diversae positiones. Aliter enim figuratur in loco sedens, aliter iacens, et sic de aliis. Figura autem est in praedicamento qualitatis, scilicet in quarta specie. Ex diversis autem praedicamentis non constituitur aliquod unum praedicamentum.

Sed ad hoc dicendum primo, quod positio, licet habeat habitudinem ad locum, sicut et ubi, tamen non est idem quod ubi. Nam ubi significat esse in loco absolute; positio autem significat esse in loco secundum quemdam ordinem vel quamdam coaptationem partium; et hoc est diversa habitudo. Ideo aliquibus convenit ubi proprie, quibus non convenit positio proprie, ut angelo, qui dicitur proprie esse in loco, licet non secundum eundem modum quo corpora. Tamen proprie non dicitur poni, quia non est in loco secundum coaptationem partium, cum non habeat partes secundum quas coaptetur partibus loci ut singulae particulae eius obtineant singulas particulas loci, sicut accidit corporibus.

---

326 de *om.* BN  327 dicendum est quod / dicitur quod B; *om.* N  numerat / enumerat BN  nominat / etiam BN  sensum *add.* et substantiam BN; *et add* et positionem B  328 quod / quae B; per T  329 ut *om.* B  330 positio … praedicamentum / praedicamentum non est positio BN  331 esse *om.* BN  enim / autem BN  333 autem *add.* ad BN  263 videatur / videtur BN  264 nisi *lect. inc.* B  265 quaedam *add.* vel figuralitas BN  poni / positio B  poni enim … figuram aliquam *om.* P  335 figurari *lect. inc.* N  in loco / aliquo B  270 figurationem *add.* esse B  336 positiones *corr.* T  enim / vero T  338 Ex / in BN  340 dicendum *add.* est T  quod *om.* B; quia N  habeaf / dicat BN; *om.* T  341 (idem) quod *om.* T  243 coaptationem / adaptationem BN  344 ubi *om.* BN  345 (positio) proprie *om.* BN  340 corpora / corpus BN  348 coaptetur *add.* diversis B  (loci) ut / et BN  349 obtineant *mss.* optineant  accidit *add.* in BN

---

326. Vol. I pars I 36$^{vo}$ M

Ad illud autem quod dicitur de figura, dicendum est quod sine dubio in situ vel positione consideratur aliqua figuratio. Sed, sicut Simplicius ait, positio non dicit figuram simpliciter, sed figuram secundum positionem.

Unde et talis figura non dicit simpliciter qualitate sed quantitatem, quae est ipsius, ita quod secundum hoc dicemus quod poni non est sic figurari; tamen figuratio consequitur positionem, ut quaedam qualitas eius, sicut rectitudo lineam consequitur.

Utrum autem talis qualitas positionis debeat dici esse in praedicamento qualitatis vel in praedicamento positionis, est duplex modus dicendi. Quidam enim dicunt quod proprie qualitates alicuius reducuntur ad genus eorum quorum sunt qualitates, ut rectitudo ad genus lineae; et similiter dicendum de figura positionis.

Sed videtur melius dicendum, quod pertinent ad genus qualitatis, licet possint denominari nomine illius generis in quo est illud cuius sunt qualitates; et hoc secundum quamdam attributionem, sicut magnum et parvum et huiusmodi, quae sunt relationes quia sunt passiones quantitatis et dicuntur quanta secundum attributionem, sicut proprietates substantiae dicuntur substantiaales. Et similiter figurae positionis possunt dici situales.

Sic ergo exclusis et remotis his, ex quibus posset videri quod positio non dicit distinctum praedicamentum, dicendum quod sitio est praedicamentum distinctum et unum de decem.

Sed sciendum quod, cum multis modis dicatur positio, non secundum quemlibet modum facit distinctum praedicamentum.

Positio enim partium in toto non facit distinctum praedicamentum,

353 ait / dicit BN aliqua figuratio ... dicit figuram *om.* B sed figuram *om.* T; secundum *add.* quid et secundum P 356 (quod) secundum *om.* T poni / positionem N non / in BN 357 sic *om.* T figuratio *add.* non T 359 Utrum / unde BN debeat / debet BN dici *om.* BN 360 vel / ut T in praedicamento *om.* BN 361 reducuntur ... sicut qualitates *om.* BN 363 dicendum *add.* est B 364 melius *om.* BN pertinent / pertinet BN 366 sicut / ut B 367 passiones *add.* quanti vel BN 368 et dicuntur quanta *om.* BN secundum *add.* quam dum dicuntur B; *add.* quamdam N sicut / sic T 369 possunt *add.* etiam N 370 situales *add.* et cetera BN 371 sic / sicut N 372 dicit / dicat B 373 est / dicit TR; sit P 374 (distinctum) praedicamentum *om.* B

353. ed. Pattin II 463

nec positio alicuius in causa et in principio, sed solum positio partium in loco dimensionali, qui proprie locus dicitur.

Et huius ratio potest sumi ex his quae dicta sunt in quaestione de ubi; quia, cum multis modis aliquid esse dicatur in aliquo, non omnis talis modus facit praedicamentum distinctum et speciale; cuius ratio fuit ibi assignata.

Unde illi modi essendi in, qui non faciunt speciale praedicamentum, possunt pertinere ad relationem vel pertinent ad idem praedicamentum cum eo quod in alio esse dicitur. Unde positio partium in toto dicitur pertinere ad praedicamentum quantitatis sicut differentia quantitatis; aliqua horum pertinent ad relationem, ut causa et causatum, pars et totum. Et sic dictum est de ubi, quod ubi non est res quae est in loco ut compositum ex ambobus, nec compositum ex habitudine et re aliqua, sed nuda habitudo dicitur. Unde positio partium eius quod est in loco ad ipsum locum. Sic positio nec est res locata nec locus nec ex his compositum nec etiam aliquid compositum ex re et habitudine, sed nuda habitudo rei locatae ad locum, non simpliciter sed secundum coaptationem partium. Unde dicit Damascenus in Logica sua: Non ostendit autem iacere nec iacentem neque locum, sed ipsam positionem iacentis ad locum.

Et idem ait Simplicius, scilicet quod neque compositum corpus neque locus, sed nuda et simplex habitudo est positio ut sit praedicamentum simplex, licet positio det intelligere locatum et locum secundum partes suas.

III Tertio considerandum est propter quid requiritur positio in rebus

378 et in / nec BR; vel N 380 quae *add.* supra BN sunt *om.* N 381 quia / qui T aliquo / alio BN 382 modus / motus T distinctum et *om.* TR et speciale *om.* P 384 faciunt *add.* distinctum B 385 relationem / praedicamentum relationis BN 386 (eo) quod / quia B 387 praedicamentum *add.* et praedicamentum N 380 causa / creatum N 390 (ambobus) nec / ut BN 391 Unde positio partium / ubi BN (quod) est om. T 395 coaptationem / compositionem B Unde / ut BN 396 ostendit / dicit BN positionem *add.* et B 397 compositium / ponit BN 399 neque locus / in locum BN 402 Tertio considerandum / secundo videndum BN

380. Quaestio XVIII, II l. 176 sqq.; III l. 320 sqq. *Augustiniana* 38 (1988), 75-80
389. Quaestio XVIII, l. 297 sqq. *Augustiniana* 38 (1988) 80
395. Dialectica cap. 53 PG 94, 642 AB
398. ed. Pattin II 463

quae positionem habere dicuntur; ex quo magis patebit differentia ubi et positionis, et etiam prima ratio positionis.

Circa quod sciendum quod omnia indigent Deo sicut causa conservante et continente, non omnia tamen indigent corporali loco. Spirituales enim substantiae non indigent loco, quia esse possent etiam sine loco; corporalia autem non, ut patuit per auctoritatem Augustini in quaestione praecedenti. Non tamen dicitur hic quid per divinam potentiam posset fieri. Indigent autem corpora loco propter duo, secundum duo in quibus deficiunt a natura spirituali.

Primo quidem, quia natura spiritualis, propter sui perfectionem et actualitatem et appropinquationem ad principium, est se ipsam tenens et in se manens, non tamen excludendo Dei operationem, sed respectu naturae corporalis. Corporalis autem, propter sui imperfectionem et elongationem a principio, quia non est in se ipsa, se ipsam non tenens, sed urgit ad causam, nisi retineatur ab alio; et ideo indiget loco ipsam suscipientem.

Et quod propter imperfectionem corporum hoc sit, patet, quia minus perfecta magis sunt in loco, et semper corpus locans perfectius est.

Secundo, quia natura spiritualis est impartibilis, corporalis autem partibilis propter quantitatem dimensivam, ideo indiget loco propter coaptationem partium. Et secundum haec duo accipiuntur duo praedicamenta per comparationem ad locum, vel duplex habitudo ad locum, scilicet habitudo ipsius ubi, secundum quod locus suscipit ipsum corpus, et habitudo situs, secundum quod aptat partes eius; ex quo magis patet differentia inter ubi et positionem.

---

403 quae / quibus B; quam T dicuntur / dicunt B 414 prima / propria *post* positionem BN 406 omnia *om.* B indigent *add.* sicut B 407 esse possunt *post* sine loco BN 408 corporalia / corpora TR autem *om.* BN 409 dicitur hic quid / haec dicuntur BN per / quod B divinam / differentiam N 410 posset / hoc BN 412 quidem *om.* BN 413 actualitatem / auctoritatem BN se ipsam / in se ipsa BN 414 in se *add.* ipsa BN 415 autem *add.* natura BN 416 principio *lect. inc.* N non omnino TP (in se ipsa) se / sed B tenens / tenet BN 417 ad causam / in non esse B; a non esse N 419 Et / Sed BN hoc sit *ante* propter BN quia *add.* et BN 420 corpus *om.* BN 435 per / propter BN comparationem / coaptationem BN (locum) vel / quia BN duplex *add.* est BN 427 situs / sicut BN 428 inter / in capitulo BN

---

408. Ep. 187 Ad Dardanum VI,18 PL 33, 836; CSEL 57, 96

Requiritur ergo positio in corporalibus propter aptationem partium.

Unde dicit Simplicius: «Forte non omnem illocationem poni significat ... sed eam quae <velut casus> corporum quam habent remota a natura se ipsam tenente impartibilium specierum, et indigentia his quae suscipiant casum ipsorum et dirigant. <Nam> locus hanc exhibet opportunitatem, scilicet suscipere et aptare ea quae non retinent se ipsa, sed exciderunt et dispersa sunt.

Ambo enim habent elongata ab impartibili natura, scilicet et illud quod est in alio esse, sed non in se ipso, et illud quod est dispersum esse, sed non manere impartibile; propter quod <et> indigent loco et suscipiente ipsa et exhibente ordinem partibus et adaptationem. Nam <semel> dispersa indigent adaptatione, ut caput proprium locum habeat et collum», et cetera.

Et sic patet tertium principale.

IV Quarto videndum an proprie de Deo. Circa quod sciendum quod non est quaestio utrum dicatur ut genus, quia hoc modo nihil dicitur proprie de Deo, cum ipse non sit in genere proprie, ut alias declaratum est; sed est quaestio utrum analogice. Analogia autem non tollit proprietatem, ut saepe dictum est.

Item, hic sumitur hoc quod est proprie, ut distinguitur a transsumptive et metaphorice, ut sicut et in aliis quaestionibus dicendum est.

429 positio / primo BN corporalibus / corporibus P aptationem / coaptionem B; coadaptationem N; adaptationem P 431 non omnem / est non tantum BN illocationem / illationem BN poni / positionem BN significat / assignat TPR 432 (quae) velut casus *om.* BN; est TP quam habent / quantum BN remota / remotam TPR 433 a natura *ante* remota BN tenente / tenentem BNR indigentia *lect. inc.* BN; indigentiam T 434 suscipiant / suscipiunt BN casum *lect. inc.* TR dirigant / diriguntur BN; indirigat T; dirigat RP hanc / autem B 435 opportunitatem *lect. inc.* B aptare / adaptare BN 438 non *om.* BN dispersum *om.* BN 439 indigent / indigens BN 440 exhibente / exhibentem B partibus / partibilium BT; partium PR adaptationem / aptationem TPR Nam / non BN 441 dispersa / dispoerata BN 442 et cetera *om.* BN 446 utrum dicatur *om.* BN 447 cum ipse non sit genere proprie / sumendo genus BN 448 analogice *mss.* analogice; Analogia *mss.* Anologia (*ac ita deinceps*) autem / enim BN 450 est *om.* T ut / non T (distinguitur) a / contra BN ut sicut et / sicut BN 451 dicendum est *om.* BN; dictum est P

431. ed. Pattin II 460
447. Quaestio VI 167-169
449. cfr. l. 30 sqq.

Dicendum igitur quod simpliciter et absolute loquendo non dicitur proprie de Deo, non solum illa quae est praedicamentum, sed etiam nullum dictorum modorum. Nam positio, secundum quod dicitur collocatio, est alicuius in aliquo ut in causa et principio, sive huiusmodi positio dicatur proprie sive metaphorice, nullatenus Deo convenit, quia a nulla causa vel principio continetur, cum ipse sit prima causa omnium et primum principium.

Item, positio quae est ordo partium ad invicem, in Deo toto non convenit, qui est impartibilis omnino. Licet enim in Deo ponatur aliqua pluralitas, nullo modo partibilitas, ut alias declaratum est, nec ipse coordinatur alicui sicut pars, nec in ipso coordinantur sicut in toto aliqua, quia illa plura quae sunt in Deo, non sunt partes Dei, sed sunt id idem quod ipse secundum rem, et cetera.

Quod autem positio, quae est ordo partium in loco, Deo non conveniat ex dictis etiam patet, quia talis positio dicit esse in loco secundum coaptationem partium locati ad partes loci; quod in Deo dici non potest, quia, ut in quaestione praecedenti dictum est per auctoritatem Augustini, Deus ubique totus est, non pars in parte.

Unde et ex prima ratione huius positionis, quae est esse in loco secundum coaptationem et ex opportunitate rationis, scilicet propter quam requiritur, patet quod positio non est in Deo.

Et ideo dicendum cum Boetio quod situs et positio non sunt in Deo proprie aliquo modo, sed quandoque est quod aliqua insinuantia

---

452 Dicendum / Est dicendum BN 453 illa *add.* positio BN est *om.* BN 454 secundum quod / prout BN 455 (collocatio) est *om.* BN (alicuius) in / de BN (causa) et *add.* in BN 456 (dicatur) proprie / positio proprie positio B 457 (quia) a / in BN 459 Item / ideo B (quae) est *om.* B 465 qui / quia BN 466 pluralitas / prioritas BN modo *add.* tamen BN 462 coordinantur *post* in toto BN 463 (plura) quae *om.* B (partes) Dei *om.* BN 466 in loco *add.* et BN 467 locati / loci BN loci / locati N in Deo *corr.* B1; *om.* B 469 Deus *add.* dicitur et est BN est *om.* BN parte / partes T 470 (Unde) et *om.* T prima / proprie BN 471 coaptationem / comparationem P scilicet *om.* BN 473 Et *om.* BN dicendum *add.* est BN 474 quandoque est quod / quandocumque N; est quod *om.* B; in loco *add.* de Deo dicuntur BN

---

461. Quaestio IV 101-107
468. Quaestio XVIII 1. 500 sqq. *Augustiniana* 38 (1988) 89
469. Ep. 187. Ad Dardanum VI,18, PL 33, 836; CSEL 57, 96
473. De Trinitate PL 64, 1253 C

positionem, sive partium in toto sive partium in loco, secundum similitudinem et metaphoram accipienda sunt, sicut et partes corporales. Dicitur enim caput Dei, manus, pedes, oculi, aures, et cetera; analogice dicuntur de Deo.

Similiter illa quae dicunt situm partium in toto, ut dextrum, sinistrum, et quae dicunt ordinem partium in loco, ut sedere et huiusmodi.

Et sic patet quartum principale.

V Quinto videndum an realiter dicatur. Ad quod breviter dicendum quod aliquid dicitur de aliquo realiter dupliciter.

Uno modo quia dicit rem secundum quod dividitur contra modum vel circumstantias rei; et hoc modo situs de nullo realiter dicitur, sicut nec alia quae habitudinem dicunt.

Alio modo quia ponit aliquid reale in illo de quo dicitur, sicut in subiecto et non solum secundum intellectum, sive illud reale sit res sive circumstantia rei. Sic dicitur quod Deus est realiter Pater. Et dicendum quod situs vel positio dicitur translative de Deo. Unde, si illud aliud quod transfertur dicit aliquid reale in Deo, tunc et ipsa positio dicit aliquid reale; si autem non, non. Verbi gratia, si sedere Dei significat immutabilitatem, cum hoc dicatur realiter de Deo, et sedere similiter.

Si autem dicit praesidentiam respectu creaturarum, cum haec praesidentia dicat respectum ad creaturas, non dicit aliquid reale in Deo ut aliquid in subiecto, sed aliquid secundum rationem, licet dicat aliquid reale in ipso ut in termino. Quare similiter dicendum erit de sedere. Et ita dicendum de aliis quae videntur importare positionem, quae de Deo dicuntur.

Patet igitur quid sit dicendum ad quaestionem, et quid sit pro veritate tenendum.

---

476 accipienda sunt / accipiendum T; sunt *om.* TPR    sicut / situs BN    477 dicitur / dicere BN    aures *om.* BN; et nares R    et cetera *om.* T    478 analogice ... Deo *om.* BN    479 situm / ordinem B    dextrum *add.* et BN    480 (et) quae / qui TP 485 realiter *om.* BN    487 modum vel circumstantias / circumstantiam vel modum BN; circumstantias / circumstantia B    490 reale *add. et rep.* in illo ... illud reale B 491 Et *add.* tunc BN    492 dicitur / dicuntur BN    aliud *add.* ad BN    494 (non) non *om.* T    significat / dicit BN    immutabilitatem /mutabilitatem BN    495 realiter *om.* BN    497 dicat / dicant T    498 ut aliquid /sicut BN; non aliquid T    499 (dicat) aliquid *om.* T    ut / sicut BN    erit / est BN    500 dicendum *om.* T    videntur / dicuntur B    502 (quid) sit *om.* BN

Illa vero, quae aliquam dubitationem videntur facere in quaestione, patebunt in solutione argumentorum.

1) Ad primum igitur dicendum, quod omnia genera dicuntur de Deo secundum illud quod perfectionis important. Ideo signanter dicit quod perfectiones omnium generum sunt in ipso.

Positio vero sub nomine positionis imperfectionem dicit; ideo non dicitur de ipso proprie.

Dicit autem perfectionem in quantum ens vel bonum vel aliquid huiusmodi commune; et secundum haec nomina dicitur de Deo.

2) Ad secundum dicendum quod argumentum arguit oppositum, quia positio verificatur de ipso ratione naturae assumptae, et non ratione divinae naturae; ideo non convenit Deo secundum quod Deus, sicut quaestio quaerit absolute, tamen dicitur de ipso propter unionem hypostaticam.

3) Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est supra in alia quaestione, ubi non dicitur de Deo proprie et simpliciter et absolute loquendo; sed secundum quid potest proprie dici. Positio autem nullo modo potest dici proprie secundum quod positio est; et ideo Boetius excludit situm, non autem ubi a Deo.

Tamen sciendum quod positio, licet sit diversa habitudo ad ubi, tamen praesupponit ipsum et includit. Unde ratione ubi quod praesup-

506 solutione argumentorum *add.* Nota, quod situs multipliciter dicitur prior aliis sex principiis; est enim prior quando quia prior est habitudo quam habitudo ad tempus.

Item, actio et passio praesupponunt esse in loco.

Item, situs prior est ubi, ut partes in toto quam in loco, nec obstat quia aliter praedicta solent ordinari. Aliud est enim considerare ordinem istorum praedicamentorum secundum doctrinam in quo attenditur vel vocis significatio vel realitas vel entitas vel aliquid talium, et aliud est considerare ordinem quem in eodem subiecto habent.

Nota, ad rationem positionis in toto requiritur extensio quae Deo repugnat. De his quae ad huiusmodi positionem requiritur, quaere in II° Quolibet. Unde positionis ratio numquam ita generaliter accipitur quod absolvatur ab intellectu partium. BN 507 igitur *om.* BN 508 Ideo / Unde Commentator BN 510 vero / autem BN 512 in quantum *add.* dicitur BN 513 (commune;) et / de BN 514 argumentum *add.* non BN 511 sicut / secundum quod BN absolute *add.* tamen dicitur BN de ipso *post* hypostaticam BN propter / secundum B unionem / naturam BN 518 hypostaticam *mss* ypostaticam 520 et absolute *om.* BN 524 (habitudo) ad / ab BN 525 praesupponit / includit BN

505. ed. Ypma 151-155

508. Vol. I pars I,30, text. com. 4; cfr. V Metaphys. Vol. VIII 131 D; Bekker 1122

521. Quaestio XVIII, IV l. 478 sqq. *Augustiniana* 38 (1988) 88 sq.

ponit, positio dici potest proprie de Deo secundum quid, sicut ubi; secundum autem quod positio est, nullo modo. Licet enim dicat habitudinem ad locum, tamen aliter quam ubi, ut dictum est, et magis importatur imperfectionis in positionis habitudine quam ubi.

4) Ad quartum dicendum quod Auctor ille mixtim loquitur de utraque positione, scilicet partium in toto et in loco, quasi utraque pertineat ad idem praedicamentum. Illud autem quod dicitur, quod positio est naturalis substantiae ordinatio, de utraque potest exponi; patet per exempla sua.

Dicit enim quod haec ordinatio substantiae naturalis vel est innata a principio, ut in asperis et levibus, et hoc est positio partium in toto, vel est a consueto motu naturae, ut sessio et accubitus, et hoc est positio partium in loco.

Ordinatio autem substantiae debet hic intelligi secundum partes suas. Substantia autem partibilis est secundum quantitatem; talis autem ordinatio substantiae in Deo non est, sed est ibi ordo naturae, idest originis naturalis quo alter est ex altero. De tali autem ordine non loquitur Auctor ille.

5) Ad quintum dicendum quod ibi loquitur de substantia habente partes; talis autem non est differentia. Sed tunc videndum an sit verum, scilicet quod positio proxime assistat.

Et dicendum quod hoc est verum de positione partium in toto; quae quidem convenit substantiae ut partibilis est; quod ei convenit per quantitatem. Quantitas autem est proxime assistens substantiae; quare et positio quae est passio vel proprietas quantitatis.

Vel dicendum quod loquitur de utraque positione; et tunc verum est quod proxime assistit substantiae, ut ipse dicit proxime, magis quam

---

526 positio dici potest proprie / proprie potest dici positio BN sicut / situs BN ubi *lect. inc.* N 528 quam *add.* in BN et / etiam T ut dictum est ... quam ubi *om.* BN 530 Auctor / Actor BN mixtim / mixtum B 533 de / dici TP exponi *add.* sicut BN 535 (naturales vel) est *om.* TPR 536 (levibus et) hoc / haec B 537 est a consueto / eam consequitur BN (accubitus, et) hoc / haec B 541 ibi *om.* BN 542 originis / ordinis B 543 Auctor / Actor BN 544 autem *om.* BN tunc *om.* BN 546 assistat / asistat BN (*ac ita deinceps*) 547 (hoc) est *om.* N 548 quae / quod BN 550 (quare) et *om.* B 552 proxime *add.* id est BN

---

528. l. 340 sqq.
530. Liber Sex Principiorum. Vol. I pars I 66 D
544. l. 35 sqq.
552. Vol VIII 133A

omnia alia accidentia extrinsecus advenientia, scilicet haec sex. Unde dicit omnibus aliis formis suppositis; ideo dicit assistere, non in-esse. Sed et hoc non videtur, quia ubi prius est secundum naturam, licet forte sit simul tempore, nisi forte dicatur quod positio sit prior eo modo quo partes sunt priores toto, scilicet secundum viam generationis; ubi amplius via perfectionis.

Sed dicendum ad hoc est quod differentia inter ubi et positionem non attenditur secundum partes et totum, sed secundum susceptionem et coaptationem, ut dictum est. Susceptio autem prior videtur secundum naturam quam coaptatio; ideo dubium est dictum Auctoris.

6) Ad sextum dicendum quod primo propter illud quod dicitur in Maiori, scilicet an ordo positionis possit dici positio, et si sic, ad quam positionem pertinet. Et dicendum quod potest dici positio secundum quod partes universi habent ordinem ad invicem secundum perfectionem, et pertinet ad positionem, quae est partium in toto, ita quod positio dicitur non solum ordo partium in toto continuo, sed etiam in discontinuo; et non solum secundum quantitatem molis, sed etiam perfectionis. Tamen dicitur analogice positio de his, licet improprie, quia in distinctis est ordo, sed in continuis situs. Unde potest dici quod non est positio analogice, sed magis in secundo et aequivoce.

Si quis autem quaerat, an secundum perfectionem possit accipi positio quae est ordo partium in loco, dicendum quod sic, ut supra dictum est, prout aliqua dicuntur poni in causa et principio suo, et cetera.

Sed tunc secundo dicendum est ad Minorem, quod in Deo non est ordo perfectionis, licet enim possit dupliciter intelligi:

---

554 dicit *lect. inc.* B assistere / consistere BN in-esse /tamen esse BN; enim esse R 555 (Sed) et *om.* BN ubi / ut T 556 tempore / tempra T sit / est BN 557 modo *om.* B sunt *om.* BN secundum viam / via BN 560 amplius / autem B; autem prius N; *add.* prius *post* perfectionis B 561 (dicendum) ad hoc *om.* BN 562 coaptatio *add.* et T (dubium) est om. BN Auctoris / actoris BN 563 (quod) primo *om.* BN 564 (et) si *om.* T 565 dicendum quod *om.* B (dici) positio / quod compositio BN 566 (secundum) quod / quam BN ad invicem *om.* BN 567 pertinet / pertinent BN 568 dicitur *post* non solum BN toto *add.* in BN 569 molis / mobilem N 571 in distinctis *mss* indistinctus sed / scilicet B continuis *lect. inc.* TPR 572 analogice *om.* BN in secundo et *om.* BN 574 quod sic *post* dictum est BN 575 (causa) et *add.* in BN 577 secundo *om.* BN 578 enim *add.* hoc BN possit / potest T

---

561. l. 422
562. cfr. l. 35 sqq.
574. III. l. 401 sqq.

Uno modo quod in ipso essent aliqua plura quae haberent ad invicem ordinem perfectionis; et hoc non est verum.

Alio modo ita quod ipse haberet ordinem ad aliquid aliud secundum perfectionem; et hoc non, quia ipse non est coordinatus creaturis. Unde non se habet ut pars, sed magis ut continens totum.

Et quod dicitur esse supra omnem creaturam, non dicit in ipso realem ordinem, sicut in subiecto, sed sicut in termino, ut dicatur supra quia creatura infra; ita tamen aliquo modo posset concedi quod est in eo positio proprie sicut in termino, non sicut in parte et subiecto, quia proprie creatura est infra.

7) Ad septimum dicendum quod argumentum procedit ex inconvenienti acceptione eius quod dicitur secundum positionem; non enim sic intelligit Philosophus, ut supra patet.

Sed, dato quod sic posset intelligi, adhuc non haberetur intentum, sed magis sequitur quod alia ponantur in Deo quam quod ipse ponatur alicubi. Utrum autem proprie dicatur, supra patet.

8) Ad octavum dicendum quod statio tripliciter accipitur:

Uno modo idem est quod motus realiter, differt autem secundum rationem; et sic accipitur in VI Physicorum, ubi dicitur quod «omne aut movetur aut quiescit». Stans autem non quiescit, quare movetur. Differt autem secundum Commentatorem a motu dupliciter:

Uno modo, quia dicitur motus ut respicit terminum qui est forma; dicitur autem statio ut respicit terminum, qui est quies. Unde sicut motus dicitur forma imperfecta, ita statio potest dici quies imperfecta.

Alio modo differt, quia dicitur statio respectu acquisiti, dicitur motus respectu acquirendi. Unde Commentator habet in sua transla-

---

579 essent / sint B 582 ipse / ipsa BN coordinatus / coordinabilis BN; *et add.* in B 583 habet *om.* N continens / contines N 584 dicitur esse / dicit BN 586 posset *ante* aliquo modo BN est *post* in eo BN 587 (parte) et *add.* in B 588 ita tamen … est infra *om.* P 589 dicendum *om.* B inconvenienti / convenienti BN 591 patet / patuit BN 592 haberetur *lect. inc.* T; habet P 594 patet / patuit BN 597 (dicitur) quod *om.* BN 599 Commentatorem / communis N motu / moto B; a motu *ante* secundum BN; 549 dupliciter / tripliciter B 601 (statio) ut / quia T 602 ita / sic BN; ita statio / ista T 603 Alio modo / secundo BN 604 Unde / ut B

---

591. I l. 17 sqq.
591. I l. 190 sqq.
594. IV. l. 455 sqq.
597. Vol. IV 291 C
599. Vol. IV 291 E text. com. 67
604. Vol. IV 291 E text. com. 67

tione loco stationis «cessationem»; sic non sumit Dionysius stationem.

Alio modo sumitur prout dicit situm; sic sumit Philosophus in Praedicamentis, nec sic accepit Dionysius. His autem duobus modis non proprie dicitur de Deo statio.

Tertio modo statio significat quietem et immutabilitatem; et sic accipit Dionisyus, sicut ipse exponit quod statio et sessio Dei significant immutabilitatem naturae et operationis in ipso. Et hoc modo proprie dicitur de Deo, sicut et immutabilitas non est motus privatio, sed negatio.

Statio, quae est situs, dicitur metaphorice et significat sedere praesidentiam virtutis suae. Stare autem paratum significat ipsum esse ad adiuvandum vel aliquid aliud, secundum diversas similitudines.

Vel dicendum quod Dionysius, libro De Divinis Nominibus, licet principaliter intendat de dictis proprie de Deo, tamen ibi interserit aliqua dicta etiam translative, sicut patet in eodem capitulo de cessione et motu. Nam et si statio secundum aliquam sui significationem posset dici proprie, non tamen cessio vel motus.

9) Ad nonum dicendum quod similitudo et aequalitas dicuntur de Deo proprie, ita et quantitas et qualitas, cum haec sint proprietates qualitatis et quantitatis secundum Philosophum in Praedicamentis; et si ista non, nec etiam illa.

Quomodo autem hoc possit dici de Deo proprie, patuit in superioribus quaestionibus. Unde, si fundamentum imperfectionem importat, habitudo non potest Deo attribui, cum habitudo semper supponat

---

605 cessationem *add.* et BN 606 sumitur / dicitur B 606 accepit / recepit BN 608 proprie dicitur / sumitur BN statio *ante* de Deo BN 609 (modo) statio *om.* BN quietem / convenientem T immutabilitatem *add.* naturae et operationis BN 610 Dionysius *add.* et T sicut / sic BN quod / ut BN 611 immutabilitatem / immobilitatem BN 612 non est / sicut nec est BN motus *lect. inc.* N 614 Statio *add.* autem BN (metaphorice) et *add.* sic BN 615 suae *add.* stare T autem *add.* enim BN significat ipsum *om.* BN esse *add.* ad N 621 proprie / de eo N 622 quod *add.* sicut BN aequalitas dicuntur / aequa dicitur T 623 ita *om.* N ita et / sicut P 624 (qualitatis) et *om.* BN 625 non *add.* sunt N (nec) etiam *om.* T 626 patuit *om.* BN 627 quaestionibus *add.* tactum est BN

---

605. cfr. De Divinis Nominibus cap. 8,9 PG 3 915; 919-922
606. Vol. I pars I 37 A
617. cap. 9(8) PG 3,915 BC
619. cap. 9(8,9) PG 3,915 BC
624. Vol. I pars I 33vo LM, 34 A
627. Quaestio IX 281-284; Quaestio X 288, 289

proprie fundamentum. Unde, si fundamentum situs non dicitur de Deo, nec etiam situs dicitur.

10) Ad decimum dicendum quod Maior est vera, sed ad Minorem et eius probationem dicendum. Cum enim dicitur illud quod dicitur de aliquo praedicatione extrinseca, non dicit imperfectionem in illo, verum est exemplum tamen de actione et passione, quia agens denominatur ab habitudine quae est in ipso; sed exemplum ad hoc est cum dicitur: Deus factus refugium et cetera, ut supra.

Quod autem dicitur quod situs dicitur de omnibus praedicatione extrinseca, dicendum quod non est verum. Licet enim dicat habitudinem, tamen inhaerens est ei de quo dicitur. Unde sicut paternitas dicitur de Patre praedicatione per inhaerentiam, ita sessio; tamen denominat per inhaerentiam, in comparatione tamen ad aliud et non absolute.

Sed adhuc non est soluta ratio. Diceret enim aliquis quod, licet situs non dicatur de creaturis praedicatione extrinseca, sed per inhaerentiam, tamen de Deo diceretur solum praedicatione extrinseca, sicut dominus dicitur de aliquo homine per inhaerentiam, de Deo autem praedicatione extrinseca; dicitur enim Dominus, non quia ipse referatur, sed quia aliud refertur ad ipsum.

Et dicendum, sicut alias dictum fuit, proprium est habitudinis esse in pluribus, in uno ut in subiecto, in alio ut in termino. Et hoc convenit non solum relationi, sed etiam omni habitudini. Quando ergo habitudo dicitur de eo in quo est sicut in subiecto, dicitur denominatio per inhaerentiam, ut scientia de sciente. Quando autem dicitur de eo in quo

---

632 (enim) dicitur *add.* quod B (illud quod) dicitur *om.* BN 633 de aliquo *add.* praedicatur BN imperfectionem / perfectionem BN 634 (verum) est *om.* T exemplum / de exemplo BN de actione *add.* et motu, Utrum sit verum patet per dicta in quaestione de actione BN et *add.* etiam T 635 cum dicitur *om.* BN 636 refugium / re BN 638 (non) est *om.* B 639 inhaerens est / inhaeret BN 640 tamen / cum quem BN 641 per inhaerentiam *add.* denominat BN comparatione / operatione N 641 (non) est *om.* B ratio *om.* B 645 diceretur / dicitur N 646 dicitur *post* homine BN 647 ipse / vere BN 648 aliud / alius BN 649 Et *add.* ideo BN (dictum) fuit / est BN 650 (in uno) ut / sicut BN ut / sicut BN Et hoc *add.* non N 652 subiecto *add.* et hoc BN 653 eo in quo est sicut in *om.* BN

---

635. Ps. 89
636. l. 39 sqq.
649. Quaestio XVI 289-297; Quaestio VII 205 sq.

est sicut in termino, tunc dicitur extrinseca denominatio, ut de scibili. Denominatur enim scibile non a scientia quae est in ipso, sed in alio. Sic Deus dicitur Dominus non relatione quae sit in ipso, sed in alio. Ideo enim dicitur Dominus, quia creatura est serva.

Quando autem quaeritur utrum positio dicatur de Deo, intelligendum est utrum dicatur de ipso ut de subiecto; quod esse non posset, nisi diceretur de ipso per inhaerentiam. Ideo, dato quod positio posset dici de Deo ut de termino et praedicatione extrinseca, quod idem est, non facit ad quaestionem. Utrum autem verum sit quod positio dicatur de Deo ut de termino, posset dici quod, accipiendo positionem secundum quod effectus dicuntur poni in causis, dicendum quod dicitur de Deo extrinseca denominatione. Si autem sumatur positio proprie, non, quia secundum hanc nec ipse ponitur alicubi, nec alia ponuntur in ipso.

11) Ad undecimum dicendum quod diversus modus essendi, qui attenditur secundum attributionem unius modi ad aliud, et qui habent unam rationem analogam saltem non tollit proprietatem, sicut esse in loco convenit analogice corpori et spiritui, et etiam Deo secundum aliquid, licet non simpliciter. Sed diversi modi essendi in quibus non est attributio et una communis ratio, sed solum similitudo quaedam, sumpta ex aliquibus proprietatibus extrinsecis, rei tollit proprietatem; et sic est in proposito.

Positio dicitur de Deo secundum similitudinem, ut sedere, quia sessionem consequitur immutabilitas vel praesidentia, sed non est una communis ratio analogice dicta, et cetera.

12) Ad duodecimum dicendum quod positio non dicitur proprie de Deo ratione utriusque, scilicet fundamenti et habitudinis; ratione quidem fundamenti, quia est in particulari aliquo. Et quod dicitur de actione, dicendum quod actio quae Deo proprie attribuitur, non fundatur in motu, nec est verum de actione universaliter quod fundetur in motu, ut supra patuit.

Item, ratione ipsius habitudinis non dicitur proprie. Et quod

654 de scibili/cum dicitur scibile BN 655 Denominatur *post* scibile enim B (quae) est/sit BN 656 sic/sicut N non *add.* a BN 659 (intelligendum) est *om.* TP posset/potest BN 660 inhaerentiam *add.* et BN 661 (idem) est *om.* N 662 (facit) ad *om.* B 663 posset/potest BN 670 analogice *post* spiritui B 671 aliquid/quid BN non est *add.* una BN 672 (attributio) et/nec BN 676 immutabilitas/mu6tabilitas BN vel/ut N 679 scilicet *add.* ratione BN 680 (particulari aliquo) Et *om.* B 682 de actione *om.* BN

683. I l. 176 sqq.

dicitur quod habitudo non differt ab habitudine, et cetera, dicendum quod, immo licet enim innotescat differentia huiusmodi per fundamenta, tamen etiam secundum diversam rationem habitudinis differt, ut quia haec est advenientia, haec non, et aliis modis.

Vel dicendum quod habitudo est analogum, sicut accidens et ens. Unde, sicut diversi sunt modi accidentis, sic et habitudinis et sicut illi differunt secundum diversos modos accidentis, et non solum secundum substantiam.

Unde et in eodem praedicamento habitudinis distinguitur species non per fundamenta, sed secundum rationes habitudinis, ut in relatione, quia aliqua suppositionis, et cetera; de hoc supra dictum est.

Et si obicitur de Simo et Rico, quae non differunt per subiectum, dicendum quod non est simile. Haec autem non differunt specie, sed solum materialiter; unde non sunt proprie diversae species canitatis, sicut nec albedo in lacte et nive. Sed quando et ubi et relatio sunt diversi modi habitudinis et plus differentes quam species, scilicet genere.

13) Ad decimum tertium dicendum quod positio non est species, licet sit minus quam ubi, ut supra patuit.

14) Ad decimum quartum dicendum quod in Deo non est passio proprie nec potentia passiva. Divina autem Persona non dicitur ex essentia Patris sicut ex potentia passiva, quia «ex» dicit habitudinem omnem originantis. Unde de Patre originaliter et substantialiter, non

---

685 (dicitur) quod *om.* BN differt / derivatur BN 686 immo / ymo NP enim / non BN huius *add.* nisi BN 687 (rationem) habitudinis *om.* T differt *om.* BN 688 ut quia / utraque et B (haec) est *om.* BN (non) et / vel BN 689 est analogum *add.* et ens T 691 accidens *om.* BN 692 secundum substantiam *add.* sic et hoc secundum diversos modos habitudinis ut non solum secundum substantiam BN 693 (et) in *om.* B 694 sed secundum / quia semper BN; *et add.* habet B habitudinis *add.* diversas BNR 695 suppositionis / similiter positionis B; super positionis NR de hoc / ut BN 696 differunt *add.* nisi BN subiectum / subiecta BN 697 autem *om.* BN; enim RP 698 (unde) non *om.* B 699 (relatio) sunt *add.* diversae rationes B; diversae relationes N 700 specie *corr.* B1; *om.* B 701 species *add.* ubi BN 704 (Persona) non *om.* B 705 quia *add.* praepositio BN 706 omnem / causae BN de / ex BN Patre *add.* est BN substantialiter *add.* et B

---

695. l. 375 sqq.
702. l. 316 sqq.

autem materialiter. Potentia autem est principium transmutandi ab alio secundum quod aliud. De hoc supra, et cetera.

15) Ad decimum quintum dicendum quod in situ est perfectio absoluta, ut in sessione immutabilitas vel praesidentia, et cetera.

16) Ad decimum sextum dicendum quod, dato quod in aliquo conveniant, tamen in pluribus disconveniunt et praecipue secundum speciales rationes; nec est verum quod conveniant in motu, nisi improprie sumatur motus, quia est actio aliqua proprie sine motu. De hoc autem quod est esse adventitium dictum fuit supra, et cetera.

17) Ad decimum septimum dicendum quod situs dicit in re posita respectum; non autem omnis respectus vel habitudo est relatio. Habitudo quae sumitur ab extra, ita quod non ponit habitudinem realem in eo de quo dicitur, illa non repugnat divinae perfectioni: situs autem sumitur ab extra, cum ponit reale aliquid in eo de quo dicitur.

Vel dicendum quod aliqua habitudo importat imperfectionem, et ratione termini et ratione subiecti, aliqua solum ratione subiecti. Divinum enim dicitur de Deo ut de termino, licet non ut de subiecto; situs autem neutro modo. Unde non est vera Maior.

18) Ad decimum octavum dicendum quod supra dictum fuit, quomodo Deo convenit esse in loco proprie et quomodo non, sive finito sive infinito si esset, quia non terminatur loco nec indiget, et cetera.

19) Ad decimum nonum dicendum quod argumentum probat quod Deo convenit quod ipse sit locus. Sed ex hoc non sequitur quod ei conveniat positio, quia locus in quantum locus non ponitur sed est illud

---

707 autem *om.* B 710 sessione *add.* est BN et cetera *om.* BN 712 conveniant / convenirent BN pluribus *add.* differunt vel BN praecipue / possibile BN secundum *add.* quod BN 713 rationes / res N conveniant / conveniunt BN 714 sumatur / sumantur BN motus *om.* BN proprie *add.* dicta BN 716 dicit *post* in re posita BN 717 (vel habitudo) est relatio *om.* BN; *add.* Ad decimum octavum dicendum quod illa TPR habitudo *om.* BN 719 illa non / quod B; *om.* N 720 sumitur *corr.* B1; *om.* B 721 importat *corr.* B1; *om.* B 722 (subiecti) aliqua / aliquo BN 723 (enim) dicitur *om.* BN 725 octavum / nonum TPR 726 quomodo / quod ideo BN in loco *add.* et quomodo N proprie et *om.* B 728 decimum nonum / vigesimum TPR 729 ipse sit *om.* B 730 positio *ante* ei conveniat N

---

708. l. 264 sqq.
715. l. 316 sqq.
725. IV l. 445 sqq.

in quo alia ponuntur, nisi forte in quantum est superficies, et superficies dicitur poni in corpore in quo est. Utrum tamen proprie dicatur locus, dictum est supra.

20) Ad vigesimum dicendum quod Deo non convenit ubi proprie simpliciter. Vel, dato quod conveniat ei proprie, dicendum est ad Maiorem quod infra patebit, quomodo ubi est habitus conversus et similiter quomodo situs est habitus conversus, in quo est habere.

Vel dicendum quod ubi est habitus conversus, et cetera, accipiendo magis coartate et non communiter, ut supra sumebatur. Et similiter habitus sumitur magis stricte, cum dicitur quod situs est habitus conversus, et cetera.

21) Ad vigesimum primum dicendum quod non dicit imperfectionem solum ratione subiecti, sed etiam secundum propriam rationem. Ideo non est simile de sapientia, quae secundum suam rationem non dicit imperfectionem, nec ut contrahitur ad subiectum.

Ut enim supra dictum est, habitudines distinguuntur ex propria ratione habitudinis et non solum ratione subiecti; quod patet ex propriis rationibus ipsorum, quae non sumuntur ex subiectis. Agere enim est habere causam in se, pati in alio. Propria autem ratio habitudinis sumitur ex extrinseco, nec tantum ex extrinseco nec tantum ex fundamento, sed ex utroque, cum sit habitudo huius ad hoc.

Et quod non ex fundamento, patet, quia in eodem fundamento sunt diversae habitudines, scilicet relatio, ubi, quando et huiusmodi.

22) Ad vigesimum secundum dicendum quod distinctio, quam relatio dicit, nullam imperfectionem importat secundum quod distinctio,

---

731 et superficies *om.* BN 732 (superficies) dicitur *lect. inc.* T 733 supra *add.* et cetera T 734 vigesimum *add.* primum TPR (convenit) ubi *om.* B; *post* simpliciter N proprie *add.* et BN 735 (dicendum) est *om.* BN 737 (in)quo est / quaestione de BN 738 (dicendum) quod *om.* BN; *corr.* est B1 739 coartate / coarte N communiter / convenit B Et *om.* B 742 primum / secundum TPR 744 (rationem) non *om.* BN; ut T 745 imperfectionem / perfectionem BN nec / non BN; *om.* P 747 et non / tamen B solum *add.* ex B proprius *om.* B 748 ipsorum / eorum BN 749 habere causam / agere BN in se *add.* et BN 750 (extrinseco) nec / non B 753 huiusmodi *add.* et cetera BN 754 secundum / tertium BTPR 755 (quod) distinctio / dictio T

---

733. Quaestio VII 206-208
739. l. 124 sqq.
746. II l. 306 sqq.

nisi in quantum accipitur distinctio in relationibus aliquibus importantibus imperfectionem. Unde potest dici quod non omnis unio importat imperfectionem, ut unio formarum in materia, nec omnis distinctio imperfectionem.

Item dicendum quod situs nec unionem nec distinctionem importat, licet praesupponat distinctionem, et etiam sit ei annexa unio, sicut ubi non dicit unionem, quia unio est relatio, sed consequitur unio ipsum ubi.

23) Ad vigesimum tertium dicendum quod ordo non sicut formalis, non tamen ordo absolute.

24) Ad vigesimum quartum dicendum quod positio nec imponitur a stabilitate nec a motu, quia sine tali invenitur, sicut habere aliqua vel in statu, ut terra, vel in motu, ut corpora caelestia, ut Simplicius dicit et Damascenus in Logica sua.

---

756 (nisi) in *om.* T 759 imperfectionem *add.* substantiae BN 760 Item, dicendum / Sciendum BN 761 licet *add.* etiam B; *add.* et N et etiam *add.* si B1; N (sicut) ubi *om.* BN 764 tertium / quartum TRP ordo non sicut / unio licet / sit BN 766 quartum / quintum TPR (nec) imponitur / impones BN; imponens T 767 a stabilitate / astabilitatem T a motu *add.* vel BN quia *add.* vel quia T sine tali / tales BN; *lect. inc.* T sicut / ut BN 768 ut terra *om.* BN 769 Logica sua *add.* et sic sufficit BN; et sic est finis huius quaestionis R

---

768. ed. Pattin II 460
769. Cap. 53 PG 94, 642 B